



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam  
Consummatissimi, Consilarii Electoralis & Professoris  
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis  
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice  
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

Utrum publica, an clandestina Beneficii Collatio valeat. Tit. 14

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

gratiam. c. ad aures. c. constitutus. cum simil. de rescript. c. si motu proprio de prebend. in 6. Clem. 1. eod.

2 Procedit hoc in Papa & Legato ejus, non in Ordinario; quod dicitur providere motu proprio, & Ecclesiis, non Personis: ut illi. Unde Ordinarii provisio ut surreptitia impugnari non potest. Clem. 2. de offic. Ordin. & ibi Cardin. ad fin. Abbas in c. cum nostris. num. 19. de concess. prebend. Felin. in d. c. ad aures. num. 15. & c. in nostra. 29. de rescript.

3 Imo nulla Ordinarii gratia surreptione vitatur. Dicit alleg. & Sotus de benefic. 3. parte. qu. 12. decima tertia qualitate. num. 19. Grotius de offic. Legati. lib. 3. num. 29. & 35. Gonzalez. ad reg. 8. de monach. Gloss. 4. a num. 173. Emanuel Sa. verbo gratia. num. 22. Garcia de benefic. part. 8. cap. 3. num. 6.

## TITULUS XIV.

Vtrum publica, an clandestina Beneficium

Collatio valeat.

SUMMARI A.

1. Collatio non debet esse clandestina.
2. Facta est valida.
3. Non Electio.
4. Sed tantum ea, in qua servanda forma, cogitur propter. de elect.

1 **C**ollationem necessario debere fieri palam, nec clandestinam valere videtur dicendum, Archidiaconus in c. si sitis absenti. de prebend. in 6. Cum clandestina electio non valeat; etiam propter. §. fin. de elect. & collatio clandestine & secreta facta suspitione non careat; c. un. §. porro. Ut Eccles. benef. sine diminut. c. un. & ibi Abbas num. 7. & in c. 1. 2. de clandest. despons. Gloss. in c. consilium. verb. adit lucem. de offic. deleg. Nam actus clandestini sunt suspecti: de consilium. & d. Gloss. & in l. 1. Cod. de interd. matrim.

Corvin  
De Person  
et Benefic. Eccl

G I  
32



Invaluit tamen consuetudo, ut Episcopi in suis cameris paucis presentibus beneficia conferant. *Darius d. tract. de benef. sect. 5. cap. 4.* Claustrina enim Collatio, licet suspecta, est tamen valida. *d. c. un. & ibi Gloss. verb. occulta. & ibid. Imola & Abbas in d. c. 1. num. 2. Domin. & Franch. in d. c. si tibi absent. Selva de benef. 3. part. qu. 17. num. 4. Rebuff. in concordat. Rubr. de Collation. vers. palam etiam. Corras. de benef. 4. part. cap. 1. num. 7. 8.*

Ut & facta de nocte. *Felin. in d. c. consuluit. num. 20. & ibi Decim. num. 32. Selva d. loco. Gimon. in Enchirid. Benefic. tit. 2. cap. 3. num. 57. cum seqq.*

Non est valida Electio clandestine, *Gloss. in d. verbo occulta. Abbas in d. c. 1. num. 2. Selva d. loco. Gimon. d. loco, num. 58. aut de nocte. Felin. Selva, Gimon. dd. locis. Cuchus in Instit. Jur. Canon. majorib. lib. 4. tit. 1. num. 22. sine tribus luminaribus, Cuchus d. loco. Fr. Eman. Quest. Regul. 2. tom. quest. 51. art. 15. facta.*

Quod tamen in omni electione non procedit, sed in ea duntaxat, in qua *d. c. quia propter. forma est seruanda; Alia enim, etiam facta occulte, & clandestine, valet; sicut Collatio; Abb. in d. c. un. num. 18. & in d. c. quia propter. §. fin. Selva d. loco. Corras. d. cap. 3. num. 27. Gimon. d. loco. num. 61. Concil. Trident. sess. 25. de regular. cap. 6.*

## TITULUS XV.

### Quomodo Beneficii Collatio sit probanda.

#### SUMMARI A.

1. Collatio probanda : *litera à Successore.*
2. *Quomodo.*
3. *Quid si facta à Papa.*
4. *An necessaria.*
5. *Quam vim habeant litera Episcoporum.*
6. *Quo*

[Bb] 3

6. Qua